



DE UNA VIRGINE ET MARTYRE.

Oratio.

INDULGENTIAM nobis, quæsumus Dómine, beáta N. Virgo et Martyr implóret : quæ tibi grata semper exstítit et mérito castitatis, et tuæ professióne virtutis : Per.

Alia Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui infírma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas : concéde propítius ut qui beátæ N. Vírginis et Mártyris tuæ solémnia cólimus ejus apud te patrocínia sentiámus : Per.

DE UNA VIRGINE NON MARTYRE.

Oratio.

EXAUDI nos Deus salutáris noster : ut, sicut de beátæ N. Vírginis tuæ festivitaté gaudémus et ita piæ devotíonis erudiámur afféctu : Per.

¶ Si contingat fieri in j. Vesperis plures Memorias de aliis Virginibus proprias Antiphonas non habentibus, sive sint Martyres, sive non,

Pro prima Memoria dicatur Antiphona Accínxit, ut in ij. Vesperis ad Magnificat.